

Quando, & quomodo pro solemnitate actorum, & processu iudicis presumatur, accurate explicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia nondum lata non presumitur pro iudice, quoad acta, & processum.
2 Processus requirit scripturam, quod tamen in lenioribus locum non habet. num. 3.
4 Sententia lata partibus presentibus, & non appellatibus, post tempus appellandi lapsum, pro iudice est presumptio. Aliud si terminus appellandi adhuc pendeat. n. 5.
6 Sententia contra verè contumacem lata, enunciata processu, & actis in sententia, presumptio est pro sententia, & processu ipso.
Et quid sit contra fictè contumacem lata. n. 7.
Vel lata sit de recentibus, & non veros contumaces, non tamen fuerunt enunciata acta processu. n. 8.
Et quid sit in sententia antiqua lata contra presentes, vel veros contumaces. num. 9.
10 Iudici attestanti de actis creditur.
11 Actorum respectu, quæ pertinent ad iustitiam causæ, pro sententia presumitur, siue referat ipsa acta in specie, siue non.
12 Solemnitas respectu, ut pro sententia presumatur, requiritur solennitatem enunciatio, & qualis illa enunciatio esse debeat. num. 13.
14 Verba sententia, vel decreti, etsi concipiantur in personam notarij, nomen tamen iudicis censentur enunciata.
15 Verba notarij in instrumento contractus censentur verba partium.
16 Acta iudicij, & processus specificè in sententia enunciata, si non contra reum condemnatum, sed tertium absentem, agantur, nulla est pro sententia presumptio.
Idque etiam in sententia antiqua. n. 17.
18 Verba enunciata in antiquis non probant contra tertium, maxime in gravi præiudicio.
19 Tempus quod dicatur antiquum in sententia, iudicis est arbitrarij.
20 Sententia in qua enunciatur, quæ nec iudicis nec partium sine arbitrio, verum pro se habeat presumptionem remissivæ.
21 Sententiam ubi sine causæ cognitione latam apparet, omnis pro ea cessat presumptio.
22 Sententia exhibitæ in forma non probante, non habet pro se presumptionem.
23 Sententiam, vel non latam, vel de ea non appavere, paria sunt.
24 Iure cavere dicitur, qui id quod allegat non probat.
25 Sententia existente interlocutoria, pro actis, & processu non presumitur.

P R A E S V M P T. LXVIII.

Explicauimus superiore præsumptione, quomodo, & quando presumatur pro sententia iudicis, quoad rectitudinem, & iustitiam. Nunc disserendum est, quando presumatur pro eodem quoad acta, & processum, at que ita quoad solemnitatem, & ordinem iudicium. Quæ in re distinguendi sunt aliquot casus.

- 1 Primus est, quando adhuc nulla lata est sententia. Nam tunc non presumitur pro ipso iudice, quoad ea acta, & processum. Ita probat cap. quoniam contra, de prob. & ibid. Abb. num. 26. & apertius Alc. in tractat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 3. num. 7. Ea est ratio, quia 2 processus requirit scripturam, ut dicitur in d. capit. quoniam contra. Quæ sanè scriptura est quid facti, & ideo non presumitur, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postlim. reuert. & in specie scripsit Inn. in c. in notuit. de eo, qui furtim ordin. suscep. Et dicemus infra.
3 Declaratur hic casus, ut non habeat locum in causis lenioribus quæ pro sui solemnitate scripturam non re-

quirunt, ex quo de leui præiudicio, & damno agitur. Nam tunc pro ipso processu presumitur. Ita Bartol. in Auth. nisi breuiore, num. 4. C. de sentent. ex breui. recit. Cum dixit, credi simpliciter informationi iudicis, & idem affirmarunt Alex. in l. sciendum, n. 12. de verb. obl. Fel. in c. qm contra, n. 18. de prob. Iaf. in consil. 2. n. 1. li. 1. Soc. Sen. in consil. 46. n. 43. li. 4. Rui. in consil. 68. n. 3. li. 1. Alc. in d. tract. de præsumpt. reg. 3. præf. 9. nu. 7. & Ant. Gabr. in suis concl. lib. 2. tit. de sent. concl. 4. in fi. Hanc autè Barr. & sequacium traditionem intelligit, & declarat Butr. in c. quinta uallis, n. 12. de iure iur. & cum eò Crau. in cõfil. 265. n. 4. procedere quoad ordinaria iudicij, & processus, non autem quoad probatoria. Idem respondit Aret. in consil. 164. n. 5. vers. unde etiam alibi.

Secundus est casus, quando iam lata fuit sententia, partibus presentibus, & non appellatib. & in ea enunciata sunt ipsa acta, & lapsus est tempus appellandi. Hoc casu presumitur pro iudice. Ita Abb. & Imo. in d. c. quoniam contra, de probat. ille num. 15. iste nume. 20. quos secutus est Alc. in d. præsumpt. 9. n. 7. versic. eodem modo. Et his accedunt Bar. in l. acta. n. 3. ff. de re iudic. in l. vlt. ff. quando appe. str. & in l. i. nu. 6. C. de relat. quo in loco egregie admonet, cautè illi agere qui in actis scribi facit, presente, & non contradicente aduersario, ita actum fuisse, & in Auth. si quis in aliquo. num. 10. C. de eden. Bal. in consil. 217. Citatio. lib. 4. Abb. in consil. 92. col. 1. lib. 1. & in consil. 60. num. 5. lib. 2. Butr. in consil. 32. qui communem esse asseruit. Alex. in consil. 42. n. 9. lib. 4. Cepol. in consil. 63. col. 3. in ciuilib. Barb. in consil. 18. col. 5. & in consil. 44. col. vlt. li. 1. Iaf. in Auth. si quis in aliquo. in fine. C. de eden. Dec. in c. quoniam contra. n. 40. ver. secundo prædicta conclus. in consil. 42. col. 6. versic. secundo hoc deducitur. Aufrer. in additio. ad Capellam Tholof. q. 3. 18. Marf. in l. i. §. si quis dicatur. nu. 10. ff. de q. Crau. in tract. de antiq. temp. in 2. part. princ. num. 11. & ibidem num. 4. manifestè intelligit, quando elapsus est tempus ad appellandum. Eandem probauit opinionè Doctif. Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad Bar. in d. auth. si quis in aliquo. num. 9. C. de eden. Ex his intelligimus malè respondisse Baldum in consil. 492. In causa vertente inter Blasium, col. 3. vers. modo restat. lib. 3. cum dixit non presumi pro ordine iudicario, lata sententia, elapso termino ad appellandum. Et in specie à Baldo dissentit Crau. loco præallegato. nu. 52. Et hoc in casu necessaria non fuit prouiso statuti Bononiæ lib. 1. sub rub. de officio notarior. præsentium ad causas. §. quibus casibus, quo sanctum est, quod presumatur pro sententia etiam quoad acta, quando ipsa sententia fuit deposita, seu registrata in camera. Hoc. n. nostro in casu etiam si sententia non est registrata, presumitur.

Tertius est casus, quando iam lata fuit sententia, partibus presentibus, & non appellatibus, sed tñ adhuc pèdet terminus ad appellandum. Et in ipsa sententia sunt enunciata acta. Hoc in casu non presumitur pro processu, & actis. Ita Bald. in consil. 217. citatio. lib. 4. Cast. consil. 16. si ponderetur. col. 2. lib. 2. Abb. in c. quoniam contra. n. 23. de prob. & ibid. Butr. col. 12. vers. si lata est sententia, & nondum, post Spec. in tit. de prob. sent. v. autè, vers. & nota. Corn. in consil. 278. col. 2. n. 7. lib. 4. Rui. in consil. 62. n. 21. li. 2. Ant. Gabr. in suis concl. lib. 2. tit. de sent. conclus. 4. n. 32. & Crau. in d. tract. de antiq. temp. in 2. part. princ. n. 4. Dec. tamen in d. c. quoniam contra. nu. 33. à prædictis dissentit.

Quartus est casus, quando sententia fuit lata cõtra contumacem vera contumacia, & acta processuq. enunciata sunt in ipsa sententia. Hoc in casu presumitur pro ipsa sententia, & processu. Ita Abbas in d. c. quoniam contra. n. 26. de probat. & ibidem Imol. num. 26. quos secutus est Alc. in d. præsumpt. 9. num. 7. Et illis accedit Crau. in tract. de antiq. temp. in secunda part. princ. lib. 2. & Ant.

& Ant. Gabr. in prædict. conclus. 4. num. 20. qui eiusdem opinionis commemorant Rotam in decis. 301. in nouis. Gem. in consil. 3. col. 3. Rom. consil. 497. in fin. Aret. in consil. 62. col. 2. & Cornem in consil. 348. col. 3. lib. 1. & in consil. 278. nu. 7. lib. 4. Barbat. in consil. 18. col. 3. lib. 1. Alex. in consil. 22. col. 1. lib. 2. & in consil. 25. num. 7. lib. 6. Hoc etiam casu necessaria non fuit prouiso prædicti statuti Bononiæ, cum ius ipsum commune satis prouiderit.

Quintus est casus, quando sententia fuit lata cõtra fictum non contumacem, enunciatis actis in sententia. Alciat. in d. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. num. 7. scripsit, hoc etiam in casu præsumi pro processu, atque ita huius opinionis commemorat Abb. & Imol. in d. c. quoniam cõtra, de probat. & ibidem apertius idem docuit Felin. col. 14. vers. quarta conclusio. Et his accedunt alij permulti relati ab Ant. Gabr. in prædictis suis conclusionibus, lib. 2. tit. de sentent. conclus. 4. num. 21. & 22. qui inter ceteros recenset Rom. in consil. 497. in fin. & Rui. in consil. 37. num. 4. lib. 5. qui testatur hanc esse communem opinionem.

Cæterum ab hac opinione dissentit Crau. in tract. de antiq. temp. in 2. parte principali. num. 3. Hac ratione is mouetur, quod fictus contumax potest appellare, l. vlt. ff. de integ. restit. l. propterandum. §. fin. autem reus. C. de iudicij. & leg. ea quæ. C. quomodo & quando index appellare inquam potest infra decem dies, à die scientiæ latæ sententiæ, iuxta auth. hodie. C. de appel. & c. cõcertationi de appell. in 6. & respondit ad rem post alios Neuiz. in consil. 60. nu. 2. Si ergo fictus contumax potest appellare, sequitur dicendum, quod non dicitur approbare latam sententiã, & proinde pro ipsa sententia quoad acta, & processum non presumitur. Dicit fortè potest communem illam opinionem locum habere ante interpositam appellationem ab ipso ficto contumace.

Sextus est casus, quando in sententia lata cõtra præfentes, vel contra veros cõtumaces, non fuerunt enunciata acta processus, & sententia fuit de recentibus. Hoc in casu sunt etiam opiniones. Nam Inna. in c. cum in iure peritus. de off. deleg. affirmat præsumi pro ipis actis & processu. Et Innocentium secuti sunt Cepolla in consil. 26. in secundo dubio. & in consil. 33. col. 4. lib. 1. vlt. vlt. etiam prædicta. Corn. in consil. 333. col. 4. lib. 1. Cum dixit, credi sententiæ, licet acta non producantur, maxime si acta referat. Ergo idem videtur velle, etsi non referat. Ita pariter censuit Gozad. in consil. 96. col. vlt. Verum dissentit Castr. in consil. 202. In causa consinium. col. 3. lib. 1. & cum eo sentit Crauet. in tract. de antiq. temp. in 2. parte principali. num. 5. Et verè idem sentit Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. nu. 7. versic. præsumeretur etiam. Et de laudo, & vnione, idem sententur Castr. & Oldr. quos infra statim commemorabo. Et hæc secunda opinio verior mihi videtur. Quæ non habebit locum in casu statuti Bononiæ, de quo dixi supra, sic & statutum Brixianæ 97. In ciuilib. sub Rubr. Quod pro sententia presumatur, requirit enunciationem.

Septimus est casus, quando in sententia iam antiqua lata contra presentes, vel contra veros contumaces, non sunt enunciata acta processus. Hoc in casu presumitur pro ipis actis, & processu, quod scilicet cõfessio fuerint. Ita Castren. in d. consil. 202. col. 3. Cepolla in consil. 26. in 2. dubio. & in consil. 63. col. 4. vers. vlt. prædicta. in ciuilib. Felin. in c. quoniam contra. col. 19. versic. quinimo est vnus casus, de probat. qui quidem Felin. ita dixit de decreto antiquo, ut pro eo presumatur, etiam quoad acta in eo non enunciata. Quæ de re dicemus infra, vbi agemus de presumptione circa decretum. Et opinionem hanc apertius probant Aret. in consil. 36. col. vlt. vers. venio ad secundum. Iaf. in l. 4. §. condemnatum, num. 6. ff. de re iud. & Dec. consil. 375. num. 3.

Cæterum ab hac opinione dissentunt multi, nempe

ipsemet Castr. in consil. 76. in facto isto quatuor, col. 1. lib. 2. qui manifestè respondit, non præsumi pro sententia, etiam in antiquis, quoad acta, nisi de eis fiat mentio in sententia. Idem responderunt in specie Bald. in consil. 204. longum thema. col. 2. vers. & hæc vera, si cõstat, lib. 3. Alex. in consil. 123. col. 2. nu. 4. lib. 2. & respondit Aret. in consil. 68. col. 3. vers. præterea posito, & c. quod iudici attestanti de actis creditur. Et idem scripsit Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. nu. 7. vers. præsumeret etiam. qui quidem huius opinionis multos commemorat. Est simile quod de solemnitatib. laudi lati ab arbitris, respondit Castr. in consil. 139. pro declaratione eius, de quo quæritur, lib. 1. cum dixit, non præsumi, pro instrumento laudi, si in eo non sunt enunciata acta ipsa. Et hæc de re dicemus etiam infra in præsumpt. 76. cum agemus de presumptione laudi. Ita quoque respondit Oldrad. in consil. 262. in quæst. col. 2. vers. sed prædictis ob stare videtur instrumentum vnionis, in quo asseritur, vnionem factam fuisse cum omnium iurum solemnitate, non probare solemnitatem præcessisse, nisi in specie solemnitates omnes exprimantur. Et subiungit Oldr. ex sententia Composel. non sufficere, quod dicatur fuisse appellatum, nisi dicatur intra decem dies. Id quod dicit & Rota in decis. 90. quoad reuocationem, in nouis, quam sic recenset Crau. in consil. 29. col. 2. Ita èt dicimus præsumi pro decreto iudicis, quando solemnitates fuerunt in eo enunciata, sicuti dicemus in subsequenti præsumpt. in primi casus declaratione. Has opiniones distinguendo, conciliat Crau. in tract. de antiq. temp. in 2. part. princ. num. 8. Aut loquimur de presumptione sententiæ respectu actorum, aut respectu solemnitarum. Si respectu actorum, quæ pertinent ad iustitiam causæ, puta,

circa testes, instrumenta, & alias probationes: hoc casu presumitur pro ipsa sententia, siue referat ipsa acta in specie, siue non. Ita de probationibus loquuntur Bal. in d. c. in præsentia, col. vlt. de renunc. & Alex. in consil. 105. in princ. lib. 5. Nam (ait Crau.) facilius presumitur pro sententia quoad acta substantialia, quam quoad solemnitates, cum credendum non sit iudicem iudicasse sine probationibus, & ex suo capite. Id quod affirmarunt Bald. in consil. 492. in causa vertente inter Blasium, col. 2. vers. modo restat respondere, lib. 3. Socin. Sen. in consil. 148. col. 3. vers. sed ego etiam respondeo clarius, lib. 2. Dec. in c. super eo, il. 2. col. 1. num. 6. vers. quartus & vltimus casus. & in c. consuluit, il. 1. de appel. & scripsimus superiore præsumpt.

Secundo casu, quando scilicet loquimur de solemnitatibus sententiæ requiritur ipsarum solemnitarum enunciatio. Et hoc in casu procedit posterior illa opinio Castrensis. Verum ambigitur hoc casu, qualis esse habeat enunciatio hæc? Et specificam ac singularem esse debere scripserunt Alber. in l. sciendum. col. 4. vers. noto vnū, de verb. oblig. Aret. in d. consil. 68. col. 3. versic. præterea posito. Iaf. in d. l. sciendum, col. 5. versic. limita istam doctrinam. Alciat. in d. præsumpt. 9. nu. 7. vers. præsumeret etiam. & Ant. Gabr. in suis concl. lib. 2. tit. de sent. in conclus. 4. num. 47. Dissentiunt tamen ab hac traditione alij permulti, qui existimant sufficere, quod expressio atque enunciatio facta sit in genere. Ita sanè censuit Castren. in l. cum ij. §. si prætor. ff. de transact. cum dixit, factis esse, quod in decreto iudicis exprimitur, prætorem causa cognita ad illius interpositionem processisse, licet in specie non exprimentur solemnitates omnes requisite ad illud decretum. Idem Castr. in consil. 174. contra superius consultata, col. 2. vers. præterea dicebat Bald. lib. 1. Alex. in consil. 80. num. 6. lib. 5. in consil. 179. num. 8. in fin. & in consil. 13. in fin. lib. 7. Iaf. in consil. 40. col. pen. versic. tertio responderetur, lib. 3. Dec. in consil. 341. nu. 12. & in consil. 373. num. 6. Et posteriorem hanc opinionem visus est probare Crau. in d. tract. de antiq. temp. in 2. part. princ.

princ. num. 10. versic. sed advertendum, quo loci r. i. cit distinctionem Decij in cap. quoniam contra. num. 40. versic. postremo in casibus. de probat. cum distinguebat Dec. quod aut verba enunciatiua solemnitate concepta sunt in personam iudicis, aut in personam Notarij. Cum in iudicis personam concepta sunt, tunc sufficit expressio generalis. Cum verò concepta sunt in personam Notarij, tunc requiritur specialis. Hanc distinctionem (vt dixi) reijcit Crauet. ea ratione præcipua quòd Doctores vim non constituunt in persona iudicis, sed in præsentia, aut scientia partium, quibus imputandum est, cur non appellauerint, sed actum gesto à iudice, cōfenserint, tacendo, & non appellando. Quæ sanè ratio locum habet, & in actibus Notarij, ac priuatorum, quibus partes consenserunt vel expresse, vel tacite. Quocirca (ait Crauet.) non est constituenda differentia, quod verba cōcipiantur in personam iudicis, vel in personam Notarij. Præter Crauetam existimauerim vel ea ratione etiam confutari posse Decij distinctionem, quod etsi verba sententiæ, vel decreti cōcipiantur in persona Notarij, attamen nomine iudicis, & ex illius persona censentur enunciata, & ob id iudicis verba dicuntur, sicuti dici-mus, verba scripta à Notario in instrumento contra-ctus, censei verba partium, quæ per Notarios, & organum loquuntur, vt scribunt Bald. in l. mater, numer. 6. C. de rei vendic. & in l. errore. C. de testam. Socin. Sen. in conf. 159. col. 4. lib. 2. Dec. in conf. 450. num. 3. in confil. 639. num. 9. in conf. 653. num. 6. idem in l. si librarius, n. 4. de reg. iur. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. num. 1. Ita ergo hic, ex quo sequitur nullã esse differentiam, in cuius personam verba sententiæ, vel decreti cōcipiantur. Hæc tota disputatio cessat Bononiæ, si observatur prudens illa sui statuti dispositio in dicta Robr. de offic. nota. præsid. ad causas. §. quibus casibus.

Octauus est casus, quando in sententia fuerunt expresse, ac specificè enunciata acta iudicij, & processus, sed tamen quæstio de his est non contra reum condemnatum, sed contra tertium absentem. Hoc sanè casu nulla est pro sententia præsumptio, quæ huic tertio nocet, nec illi assertioni iudicis contra tertium hunc creditur. Ita censuit, & rectè, Crauet. in d. tractat. de antiq. temp. in 2. part. princ. num. 11. qui ita ait loqui Doctores, quos supra commemorauimus in 2. casu, dū considerant partium præsentiam, vel scientiam. Ea est ratio, quia in hoc tertio cessat illa approbatio, illeque consensus, qui consideratur in reo condemnato, tacendo, & non appellando.

Extenditur hic casus, vt locū etiam habeat in sententia antiqua. Nam adhuc pro ea nõ præsumitur in præiudicium tertij. Ita extendit Crau. in d. 2. part. num. 42. post Cas. in conf. 99. circa primum quæsitum. col. 2. versic. nec obstat, quòd præsumitur, lib. 2. Soc. Sen. in conf. 158. col. 3. versic. sed ego etiam respondeo clarius, lib. 2. Abb. in c. cum inter R. col. 3. de clec. Fel. in c. quoniam contra, col. 14. de probat. Rip. in l. 2. §. voluntatem, col. 5. ff. sol. matr. Ita etiam dicimus, quòd verba enunciatiua in antiquis non probant cōtra tertium, maximè vbi de graui præiudicio agitur. Ita tradunt Castr. in confil. 139. pro declaratione eius, col. 2. lib. 1. Alex. in conf. 50. col. 4. versic. sed posito sine præiudicio, lib. 5. Socin. Sen. in conf. 266. col. 5. versic. confirmatur ista conclusio, lib. 2. & alios recenset Crau. in tract. de antiq. temp. in 4. part. 1. partis princ. nu. 4. vbi declarat. His declaratur statutu Patavinu, sub rubr. de citationib. & ordine procedendi. §. de cætero, dum statuit, præsumi pro sententia iam decem elapsis annis lata, etsi de processu non constat, si modo sententiã apparet lata obseruatibus iuris solemnitatibus, atque ita (vt interpretor) enunciatis actis. Hoc sanè statutum non habet locum, quando sententia esset antiqua, quia etiam si acta in ea non essent enunciata,

pro ea præsumeretur. Nisi dicamus, hoc statutum voluisse sententiam iam decem elapsis annis latam, cense-ri antiquam, iuxta opinionem eorum, quos reijci in lib. 2. de arbit. iudic. casu 4. nu. 2. & nihilominus statuis- se requiri enunciationem. Ego multum tribuerem iudi- cibus arbitrio, & suum fit arbitrari, quod tempus dica- tur antiquum in sententia, vt dixi in d. casu 4.

Nonus est casus, quando in sententia enunciantur acta illa, quæ nõ sunt in libera potestate ipsius iudicis, & partium, atque ita ea, quibus nec ipse iudex, nec pars potuit renunciare. Hoc in casu sunt opinionones, Crauet. in d. tract. de antiq. temp. in 2. part. princ. num. 12. 14. & nu. 20. Cæterum, cum hæc de re copiosè pertractaturus sim in præsumpt. 75. dicere hic super se deo.

Decimus est casus, quando clarè apparet, sententiã fuisse latam sine causâ cognitione. Hoc sanè casu certu est, cessare omnem præsumptionem, cum in claris opus non sit coniecturis. Ita in specie tradunt Fel. in c. quoniam contra, col. 15. versic. 2. declarat. de probat. Crauet. in d. tract. de antiq. temp. in 2. part. princ. num. 51. qui decla- rat Calcan. in conf. 88. num. 7. dum respondit, non præsumi pro sententia, quæ est nulla aliunde, quam ex defectu consensus partium. Et idem Crau. præcitato in loco, nu. 5. scripsit, quòd quando produuntur acta, ex quibus constat de nullitate, aut iniustitia sententiæ, tunc verè, & clarè probari dicitur nullitas, & iniustitia, nec tractari potest de aliqua præsumptione pro ipsa sententia. Ita Bart. in l. 1. §. si tutor, vel curat. app. & in l. hi qui ad ciuilia. C. de app. & in conf. 98. apparet sententia, in fin. lib. 1. Aret. in conf. 62. ex facto, in fi. Iaf. in l. 4. §. con- demnatum, col. 2. versic. 2. contra Bart. facit. ff. de re iud. Soc. Sen. in conf. 46. col. 9. versic. sed clare etiam. lib. 4. Ita diximus, quòd etsi præsumatur pro instrumento confe- cto à Notario, quòd omnes solemnitates fuerint in eo adhibitæ, attamen si ex inspectione instrumenti appa- ret adhibitæ nõ fuisse, cessat omnis præsumptio. Ita post multos scriptum reliquit Crauet. in tract. de antiq. temp. in 3. part. princ. num. 27. Qua de re dicemus infra in præsumpt. 79. cum differemus de præsumpt. Notarij. Simile tradit idem Crauet. in præcitato tract. de antiq. temp. in 1. parte 3. part. princ. num. 24. cum dixit, quòd etsi præsumitur pro exemplatione instrumenti facta à No- tario, quòd scilicet fuerit solemniter facta, attamen ces- sat hæc præsumptio, cum apparet de ipso solemnitatibus defectu. Qua etiam de re dicemus infra in præsumpt. Est etiam simile, quòd de solemnitate decreti dicimus. Non enim pro ea præsumitur, quando ex ipsa inspectione apparet, illam non fuisse obseruatam. Ita Crauet. in d. 2. part. princ. num. 54. & dicemus in præsumpt. 75. Et ex prædictis intelligimus statutu prædictum Bononiæ, de officio Notariorum, & c. §. quibus, in fi. conuenire cum iure communi. Est enim eo sancitum, quòd hoc in casu cesset præsumptio sententiæ.

Vndecimus est casus, quado in ipsa sententiã sunt qui- dem enunciata etiam specificè acta processus, sed tamè sententia ipsa exhibetur in forma nõ probante, vt quia non est publicum ipsius finis instrumentum. Hoc sanè casu frustra tractatur de præsumptione finis, quæ nõ ap- paret. Ita Bal. in l. 1. ff. de his, quæ in testa. delen. & ibid. Imol. quos secutus est Soc. Sen. in conf. 2. num. 10. lib. 1. Idem affirmarunt Corn. in conf. 22. col. 3. versic. in super quam plura. lib. 3. & Crau. in tract. de antiq. temp. in 2. part. princ. num. 57. & in 3. part. princ. num. 16. Ea est ra- tio, quia paria sunt, quòd nulla sententiã sit lata, vel quòd de ea non appareat, in leg. ff. de contr. emp. & leg. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. Et qui non præbat, quod allegat, iure carere dicitur, l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & l. quidam tabularum. ff. de furt. & respon- det Bald. in conf. 67. quia ex facto, col. 2. lib. 3.

Duodecimus est casus, quando finis non est diffiniti- ua, sed

ua, sed solum interlocutoria. Nam tunc non præsumi- tur pro actis ipsis, & processu. Ita Ant. Gabr. in suis con- clus. lib. 2. tit. de sen. conclus. 4. nu. 45. post Feder. de Se- nis in confil. 170. & Rebuff. in l. quod iussit, in 2. not. nu. 312. ff. de re iud. Hoc in casu locum non habet prædi- ctum statutum Bononiæ, quòd loqui mihi videtur de so- lis diffinitiuus, quemadmodum colligitur ex d. §. quibus in casibus iuncto §. mandantes, ibi, omnes sententiã dif- finitiuas.

**Sententia an præsumatur lata contra præsentem, vel contra absentem, breuis, vtalis ra- men explanatio?**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Sententia, quæ contra absentes, & contumaces ferri consuevit, præsumitur contra absentem lata.
- 2 Sententia, quæ contra præsentem ferri solet, si in scriptura sen- tentiæ sit ipsius præsentis mentio, præsumitur contra præsen- tem lata.
- 3 Sententiam si contra præsentem latam iudex asserat, in quibus ei credatur, & sententiam contra præsentem latam præsu- matur.
- 4 Sententia contra præsentem lata non præsumitur, si vel à iudi- ce, vel Notario mentio fiat, citationem peremptoriam emis- sam esse.
- 5 Sententiam in dubio ex magis recepta opinione præsumi contra absentem latam. Nisi simus in sententia antiqua, num. 6.

**P R A E S V M P T. LXIX.**

**C**V M non semel superioribus in præsumptionibus mentio facta sit sententiæ late contra præsentem, & contra absentes, vt pro ea vel præsumatur, vel nõ præsumatur, hoc in loco visum est explicare illam satis cele- brem iuris quæstionem, an in dubio sententia præsuma- rur lata contra præsentem, vel contra absentem? Hac in re vnà cum Abbate in c. tenor, num. 10. de re iudic. di- stinguendi, atque constituendi sunt aliquot casus.

- 1 Primus est, quando agitur de sententia illa, quæ ferri solet contra absentes contumacesque, sicuti est excom- municationis sententia, hoc casu præsumitur lata con- tra absentem. Ita omnium primus respondit Feder. de Senis in conf. 170. quem secuti sunt Abbas in d. c. tenor, col. penult. vers. autem præsumatur, de re iud. Butr. in cap. quoniam contra, numer. 50. de probat. & Anton. Gabr. in lib. 2. conclus. tit. de sen. conclus. 4. num. 27. Ea est ratio, quia præsumitur factum quod fieri solet, l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. edicto. & suo loco disce- ruimus.
- 2 Secundus est casus, quando agitur de sententiã, quæ ferri solet contra præsentem, & in scriptura sententiæ scripta receptaq; ab actuario, vel notario mentio fit præ- sentis ipsius partis. Hoc in casu præsumitur lata contra ipsum præsentem. Ita Abb. in d. c. tenor. col. pen. versic. & omnium conclusio. de re iud. & Ant. Gabr. in d. conclus. 4. num. 30. & scripsit Abbas ita sensisse Io. And. in addi- tio. ad Specul. Et huius traditionis ratio esse potest, quia hic concurrunt fides Notarij, cui in his solet adhiberi fi- des, vt suo loco dicemus.
- 3 Tertius est casus, quado solus ipse iudex asseruit, sen- tentiam fuisse latam parte præsentem, & agitur de re le- ui, modicoq; præiudicio. Hoc casu præsumitur lata con- tra præsentem, cum fides in his leuibus adhibeatur as- sertioni iudicis. Ita Abb. in d. c. tenor, col. penult. versic. & omnium conclusio. ex traditione Bar. in Auth. nisi bre- uiores. C. de sent. & interloc. omn. iudic. & in l. iubemus nulli. C. de sacros. eccles.

Quartus est casus, quando iudex, ac etiam Notarius

mentionem fecerunt solum, quòd citatio præempto- ria emissa fuit. Hoc in casu non præsumitur lata senten- tia parte præsentem, quia illa assertio citationis perempto- riæ, est de præterito, nec infert necessariò, quòd ita vo- catus venerit ad iudicium. Abb. in d. c. tenor, num. 10. in fin. versic. aut iudex attestatur. Et idem affirmavit Imol. in c. quoniam contra, num. 29. prop. è medi. de probat. post Io. Andr. & Compostel. quos commemorat.

Quintus est casus, quando verè sumus in dubio, ve- est, quando simpliciter apparet latam esse sententiã con- tra aliquem. Hoc in casu sunt opinionones. Vna fuit opinio eorum, qui scripserunt, sententiam præsumi latam parte præsentem. Ita Imol. in c. quoniam contra, nu. 30. de probat. qui huius opinionis recenset Innoc. in c. cum iniure peritus, de offic. deleg. Altera verò fuit opinio eorū, qui dixerunt, sententiam non præsumi latam parte præsen- te, sed ea absente, ita Abb. in c. tenor, num. 10. in fin. de re iudic. qui dixit, se ita respondisse, vt verè respondit in conf. 92. col. vt. lib. 1. Butr. in c. quoniam contra, nu. 58. versic. in dubio autem, de probat. & in conf. 24. num. 6. & tenendo istam opinionem idem sensit Bellamera decis. 89. Hæc posterior opinio est magis recepta, & fulcitur ratione illa, quæ facta non præsumuntur, l. in bello. §. facte. ff. de capt. & postlim. reuerf.

Declaratur prædicta traditio, vt locum non habeat in sententia antiqua, nam ob temporis diurnitatem, præsumitur lata parte præsentem. Ita Abbas, & reliqui su- pra citati, & conferunt, quæ diximus supra in præsumpt. 8. in 2. declarat. & quæ dicemus infra in præsumpt. 56. in penult. declarat. vbi dicemus, præsumi sententiam anti- quam latam contra citatum, & accedit Felin. in c. tenor, col. 2. versic. fallit. 4. de re iud. cum dixit, ob temporis diu- rnitatem præsumi sententiam latam parte præsentem. & Felin. secutus sum infra lib. 6. præsumpt. 18. in fin.

**Sententiam latam contra absentem, præsumi ob eius contumaciam, non quia malam foueat causam, latam, quod aliquot declarationi- bus explicatur.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Sententia contra absentem lata præsumitur ob contumaciam, non autem quod malam causam foueat lata.
- 2 Condemnatum quem esse ob contumaciam, ob malam causam, magni est effectus.

Et qui sint illi effectus, num. 3. vsque ad num. 10.

- 11 Sententia lata in contumacem, non præiudicat alteri, etiam in casibus, quibus alias præiudicaret.
- 12 Contumax est ob malam causam non præsumatur succubis- se, habet tamen aliquam contra se mala causæ præsumptio- nem.
- 13 Dilationibus, qui iudicium subterfugere querit, contra se habet præsumptionem.
- 14 Bannitus in contumaciam pro aliquo crimine, admissus ad no- uas defensiones, pro qualitate personæ, torqueri potest etiam absque alijs iudicijs.
- 15 Sententia contra contumacem lata, si de probationibus constet, ob rei veritatem lata præsumitur.
- 16 Probationibus aliquid dicitur constare, quando illa clare sunt & manifesta.
- 17 Sententia lata contra absentem ex iusta causa, præsumitur la- ta ob malam causam.
- 18 Condemnatus ob malam causam præsumitur, qui fuit præsens in tota causa, & contumax tempore sententiæ.
- 19 Sententia contra absentem lata, ob contumaciam præsumi, non habet locum, quando non de veritate sententiæ, sed solum de eius actu aueretur.